[illegible]

Augustinus in sermone 8 de adventu ad iudicium Magnus timor instat est
fratres karissimi quando anima a corpore separatur In illa enim hora angustie vox deficit et lingua
verba exprimere non potest, revolvuntur et inde oculos frequenter, videtque assistentes circa
vel parentes filios aut fratres agnoscit et loqui non valet, tantummodo audit et consolari non
potest venire. In hora tamen non est cogitacio filiorum vel amicorum Et nullum intorquet nego-
cium nisi cogitacio delictorum, quo vadat qualem remissionem accipiat. Cumque talis cum
suspirat, assistunt subito angeli tartarei et infernales a deo transmissi. Tunc si
imparata erit quo conturbabitur. Et de scripto fugam petere non potest. Sed tunc anima
miseris et voce plorabili rogans deprecans et adorans. Et dicens Miseremini mei
amatores karissimi. Et vos angeli miseramini Non me nudam et sine fructu ad
iudicium deportetis. Non me peccatricem a carne segregetis. Rogo dimittite per
modicum tempus me penitere, suppremam, tantum elemosinas facere, deprecor deprecor
Rogo intercedite quia male vitam expendi. Hec audientes tales angeli dicunt O
anima misera omnes dies tuos in peccatis vixisti Et modo vis penitere, Colli omnibus
fecisti tua abducit deus suppreme egredere de corpore et separare cremari in eterno igne pro
opera tua Non est de celo spes salutis, sed perpetua dampnacio Ista scientes ante
illam horam curramus ad penitenciam Suscipit enim nos qui suscepit latronem theolona-
rium et adulteram mulierem Hec Augustinus.

Mscr. Dresd. App. 2308